

inter parentes, & cognatos? vt rigorem ieiunij, syluis, ac scopulis deserti absconderet, ac doceret nos pœnitentiæ austeritates occultare; nam, vt rectè ait D. Cyprianus serm. de Christi ieiunio: Contemptus venerationem venatur, fames laudibus saturatur.

21. Tertio. Mulier fortis sic vestiebatur, vt dicitur, Byssus, & purpura indumentum eius. At verò de diuite è conuerso scribitur: Induebatur purpura, & bysso. Mulieris fortis primum illius indumentum byssus, deinde ad purpuram venit; qui enim primo induitur bysso, hoc est, primo amplectitur cruciatum, ac mortificationem pœnitentiæ, abstinentiæ, & ieiunij, hic bene, ac proprio gradu eleuatur ad purpuram, id est ad regium splendorem, ac gaudiorum felicitatem. At verò in diuite primum illius amictus purpura, deinde ad byssinum venit; Induebatur purpura, & bysso. Qui enim in hac vita sibi primum nulla laboriosa via recipit purpuram bonorum, voluptatum, ac oblectationum temporalium, absque dubio in altera vita vestietur bysso in æternum, hoc est æternos gehennæ cruciatus, ac tormenta reportabit; quòd videre est in præsentia historia; nam diues purpura iucunditatis, ac oblectationis mundanæ induebatur in hac vita; postea tamen expositus diuinæ iræ, sepultus est in inferno, vbi miserimè omnia tormentorum genera sustinet; è contra verò Lazarus, qui byssum vlcera, doloris, paupertatis, ac miseriæ reportauit in hac vita, postea in altera, ab Angelis portatur in sinum Abrahe. Vbi æterna purpura congaudet D. Hilarius in Psalm. 122. expendens Abrahami verba ad diuitem: Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Sic ait sanctus Doctor: Fit alterna conuersio, & demutatur lætitia in mœrorem, & mœror in gaudium.

Labore huius vite sequitur gaudium, obsecrationem verò tristi- sin.

Hilarius.

22. Matth. 24.

August. Hilar. Chrylost. Hieron. Imperfect. Euthym. Beda. Theophyl.

Maldon.

In venatione præsidium à calamitate, in delicijs carna ad præsidium.

23.

Loquens Christus Dominus de extrema persecutione Antichristi, ait: Va autem pregnantibus, & nurientibus in illis diebus! Matth. 24. num. 19. Communis difficultas cur super prægnantes, ac nutriendas, ac lamentationem proferat Christus Dominus? S. Augustinus in Psalm. 39. D. Hilarius, Chrylostomus, D. Hieronymus, Auditor Imperfecti, Euthymius, Beda, Theophylactus, existimant: væ prægnantibus, ac nutriendis dici, quia illæ vteri; hæ verò lactentium onere grauata fugere non poterunt, quòd maximè confirmatur ex adiunctis Christi verbis: Orate, vt non fiat fuga vestra in hyeme, vel sabbato. Ex quo magna mihi insurgit dubitatio. Cur non potius lamentantur à Christo claudi, cæci, ægri, ac imbecilles, cum ad fugam sint multò magis impediti? Prægnantes, ac nutriendas valde delicatè in multis delicijs viuunt, & degunt, vt notauit Maldonatus: Prægnantes, ac nutriendas solent in maxima securitate nuptijs, ac liberis operam dare, quasi dicat, va illis, qui in maximis delicijs, & securitate versabantur, & cum calamitas inuaserit, fugere non poterunt. Non lamentantur à Christo Domino claudi, cæci, ac infirmi, sed prægnantes, & nutriendas; nam illi à sua oppressione, ac miseriæ videntur habere præsidium, vt à persecutionis tempestate declinent; at verò hæ cum in delicijs, & voluptatibus versentur, ab ipsis compedibus astringuntur, vt à calamitate non fugiant, sed omnino ipsa eas teneat, & apprehendat.

Ad Israelitas loquitur Amos cap. 4. num. 1.

Audite verbum vacca pingues, quæ estis in monte Samaria. Verbum illud, vacca pingues, legitur D. Hieronymus, Simmachus, saginata. Cur principes Israel, qui maximè erant delicati, vocantur vacca, & non portantes iugum, sed pingues, & saginata; & non dicuntur tauri, sed vacca? quia præ delicijs sic erant effœminati, vt illis similes euaderent; sed cur non portantes iugum, sed pingues, & saginata; nam quæ super ceruicem iugum asportant, exinde sequitur ei, vt ad dulce pabulum ducantur. At verò vacca pingues, & saginata, quæ tantum ventri indulgent, quid inde habent, nisi vt proprijs suis pedibus ad macellum, ac mortem veniant, & properent? Sic Israelitæ suis delicijs mortem, ac iugulationem sibi comparabant. D. Hieronymus: Loquitur Prophetia, ait, ad principes Israel, & optimates quosque, qui in delicijs, ac rapinis vacabant, vt audiant sermonem Dei: & non aratores boues, sed vacca pingues de armento se esse noverint, sine qua nutriantur in pascuis Basan, quæ sunt loca herbarum fertilissima, ac per hoc significat eos, non agriculturæ, sed immolationi, & esui præparatos.

Amos 4. Hieron. Symmach.

Ex delicijs ad mortem. Hieron.

QUESTIO IV.

Quare Auarus tam splendida, & opipara mensa manducabat?

VRAM huius diuitis in curanda cute in poliando corpore maximè admiratur D. Chrylostomus homil. 1. de Diuite, & Lazaro: Quotidie, ait, purpura induebatur; anima verò eius araneis referta erat. Vnguenta spirabat, & fetoris plenus erat. Mensa illi apponebatur opipara; parasitos, & adulatores alebat. Carnem saginabat ancillam, dominam autem animam fame confectam negligebat. Sic terrenus apparatus, cibus, ac potus pro corporis oblectamento illi dulces erant, vt miser tanquam cæcus solùm de illis curaret, ac ageret, cum in eis maxima amaritudo, ac mors animæ lateret. Quod sub peccatoris nomine lamentatur Ieremias Threnorum 3. num. 15. Inebriauit, ait, me absynthio. Cur peccator non alio nisi absynthio se inebriatum dicit? Cum illud sit valde amarum, ea est conditio peccatoris, quòd vbi ipse existimat comparare dulcedinem, ibi omnem acerbiteratem, ac duritiem sibi ministrat. D. Gregorius in cap. 30. Iob: Humanum, ait, genus absynthio est ebrium: quia & amara sunt, quæ pro huius vite amore tolerat: & tamen eandem amaritudinem cecitate cupiditatis, quasi inensibilitate ebrietatis ignorat.

24. Chrylost.

Mundani inebriantur temporalium amaritudine.

Threa. 3.

Gregor.

25. Chrylost.

Cum veste proportionatur mensa, ac substantia hominis. Baëga. Iob 1.

Ad quæstionem respondet. Primò, citatus Chrylostomus: Secundum vestimenta, ait, ita & epule. Ergo nobis quales epule, talia & vestimenta. Quamuis diues esset valde iniquus, & impius, tamen cum indueretur pretioso pallio, illi proportionatam mensam, & substantiam habebat, ex quo rectè coniecturatur P. Baëga lib. 7. de Christo figurato tom. 7. cap. 9. §. 21. quod sanctissimè, ac sapientissimè Iob, vbi accepit sibi periisse omnem suam substantiam. Cap. 1. num. 20. Scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram adorauit. Vestimenta Iob regalia erant, cum ipse rex existeret, ex quo indecorum ipse iudicauit, vt amissa omni sua substantia illustri ornatu indutus ipse appareret.

Secun.

VERSIONES.

26. Chrysol. Ex epulis homo crudelis. Secundò. D. Chrysológus serm. 121. Epulis blandis, ait, ferrea viscera crudelis anima nutriebat. Tanta hominis crudelitas, vt nec pauperi micam daret. Ex quonam principio nascebatur? ex ipsa nempe multorum ciborum cum vino deuoratione, ex quibus deprauata mens in furiosam rabiem profilit. Ait Oseas 7. num. 5. Dies regis nostri ceperunt furere à vino. Cum dies inaugurationis Ieroboam celebraretur, principes Israel conuiujs dedit, præ ebrietate multo furere insaniebant, & inde festiuitatem coram idolis celebrantes crudelitate, ac inhumanitate quamplurima edebant. Carthusianus: Principes, ait, vitis gula seruebant, & præ ebrietate vini, usum rationis amittent es, cultui idolorum impudenter vacabant furibundi.

27. Gloffa. Tertio. Gloffa, vt dixi in expositione. Ecce voracitas, quæ ut plurimum habet luxuriam annexam. Pergami Angelo dicitur: Habeo aduersum te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filijs Israel edere, & fornicare, cap. 2. num. 14. Ponderandum est, quòd coniungit hæc duo; edere, & fornicari. Cur tamen priori loco posuit edere, & posteriori mechari? Recto sanè ordine, ipsa enim ingluuies genitrix luxuriæ est, ipsamque parurit. D. Gregorius Nazianzenus in sententijs: Quemadmodum, ait, hac fertur ignis natura, vt ad subiectam materiam ardeat: sic etiam natura comparatum est, vt immodicam satiæatem libido comitetur, vt influens materia flamma vires addit, ut vinum languentem libidinem excitat. Vnde meritò D. Nilus orat. de Gula ridet eos, qui ventri, & gulæ dediti existimant se castitatem seruaturus. Qui ventrem implens, ait, pudicitia cultum proficitur, huic similis est, qui se ignis impetum strappa compressurum, aut flammam oleo extinguiturum pollicetur.

28. Saturitas mors hominis. Psalm. 105. Nyfca. Voracitas demonis equitatus. Quarto. Dicitur quòd epulabatur splendide, vt eius mors citò denuntiaretur, statim dicitur mortuus est diues, nimia enim saturatio gladius est mortem adducens. Misit saturitatem in animas eorum, Psalm. 105. num. 15. Alij legunt, misit eadem; vnde eleganter ait D. Nyfseus lib. de vita Moysis: Voracitatem ventris quasi equitatum populo misit, eumq; victum Agyptiarum epularum auaritate illigauit. Voracitas equitatus demonis est ad perdendum, ac enecandum populum vniuersum. Vnde diabolus, vt morti aditum aperiat, suadet ingluuiem, fructumque arboris Euæ ostendit, Genes. 2. num. 6. Deus verò, vt homini consulat, à cibo monet abstinere; nam, vt ait D. Chrysológus sermone 8. Est ieiunium vitiorum mors, vita virtutum, pax corporis, membrorum decus, ornamentum vite.

Luc. 16. n. 20. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlcerebus plenus.

Num. 21. Cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat: sed & canes veniebant, & lingeabant vlcera eius.

Sylueira in Euang. Tom. IV.

Syriacus n. 20. Et pauper quidam erat nomine Logzar; & proiectus fuerat ad portam illius diuitis, quum esset affectus vlcerebus.

Arabicus. Et pauper erat cuius nomen Lazarus, erat proiectus ad portam illius, percussus vlcerebus.

D. Chrystom. Qui iacebat in vestibulo illicion. 1. de Diuite, & Lazaro.

Origenes. Qui iacebat pro foribus eius.

Caietanus. Qui porrectus erat ad vestibulum eius.

Syriac. n. 21. Et desiderabat explere ventrem suum ex fragmentis, quæ cadebant à mensa diuitis illius.

D. Chrystom. De micis, quæ decidebant è mensa diuitis: sed & canes adeuntes circumlingebant vlcera eius.

EXPOSITIO II.



VMMÆ diuitis felicitati, ac opulentia opponitur alterius summa miseria. Erat quidam medicus. Non solum erat pauper, sed etiam mendicus, qui sua miseria, ægritudine, ac voce eleemosynam postulabat, vt sic gladius sua voce cor diuitis obduratum excitaret. Nomen Lazarus, quòd Hebraicè idem est, ac ad adiudandum. Seu expositus ad adiutorium postulandum. Ex quo D. Chrylostomus homil. de Diuite, & Lazaro, D. Augustinus in Psalm. 69. D. Gregorius lib. 25. moralium, cap. 18. inquit: Lazarus idem est quòd adiuuus. Nomen eius exprimitur ad maiorem historiam fidem. Et hic Lazarus omnino diuersus est ab illo, qui Martha, & Mariæ frater extitit, quem Dominus suscitauit, Ioan. 11. num. 43. Qui iacebat, proiectus, extensus veluti tanquam cadauer, quòd surgere, ac mouere se non potest, quò maximè explicatur vehementia eius morbi, ac ægritudinis. Titus Bostrenf. Iacebat, ait, abiectus, neglectus, prostratus, pro nihilo habitus, omnium, omnig; humano præsidio prorsus destitutus. Et dicitur quòd iacebat ad ianuam eius. Seu vt habet Syriacus, ad portam illius: vt nullam diues haberet excusationem, vt ait Hugo. Ne diues dicere posset: non vidi: in angulo fuit: aspiciere non potui: iacebat ante ianuam, vt diues eum videret exiens, & reuertens. Et dicitur de eo, vlcerebus plenus. Seu vt habet Syriacus: affectus vlcerebus. Erat enim vlcerebus, ac vlcerebus.

29.

Chrylost. August. Gregor.

Ioan. 11.

Bostrenf.

Hugo.

Syriac.

30.

Z Z 2

Syriac. Theophyl.

gmenis, vt habet Syriacus. Theophylactus: De- siderabat, inquit, satiari non sumptuosius ferculis, sed de micis illis, quibus satiabantur canes. Pergit textus: Quae cadebant de mensa diuitis. Quae micæ, cum casu è mensa caderent, relinquebantur canibus, vel omnino peribant, cupiebat ipse in domo diuitis habere eam conditionem, quam eius canes habebant. Et nemo illi dabat. Ecce ad exemplum regis totus componitur orbis, cum Dominus familiæ esset auarus, omnes eius ferui auaritiæ studebant, vt nullus ex eis etiam panis micam pauperi daret; & quamuis multa fragmenta perirent. Nemo illi dabat: potius mundani eligebant, vt illa perirent, quam quod pauperi charitatis impenderent. Sed, seu cum tam dura crudelitas esset in hominibus domus diuitis. Canes veniebant, & lingebant viscera eius. Canes diuitis lambebant pauperis vlcera, mitiores diuite diuitis canes extabant, vt communiter docent Patres, de quo quæst. 8. Ex hoc tamen D. Chryso- stomus concione 1. de Diuite & Lazaro colligit pauperis vehementem imbecillitatem, ita vt, ait ipse, nec canes quidem possent abigere, sed vinum ca- dauer tacebat, videns quidem eos currentes, nequa- quam tamen valens depellere.

Ad Domini exemplum tota componitur familia.

Chrysof.

QVÆSTIO V.

Quare diuitis nomen tacetur, Lazari verd exprimitur?

31. Ratio diffi- cultatis.

VIGARE, & commune dubium. Di- uitis nomen prætermittitur, dicitur tantum, homo quidam erat diues. Et cum multoties de eo fiat mentio in tota hac histo- ria, nomen proprium eius semper tacetur; è con- tra verd Lazarus exprimitur. Erat mendicus no- mine Lazarus. Sic & sæpius eius nomen repe- titur.

32. Gregor.

Respondet primò D. Gregorius homil. 40. in Euangelia: Quid est, ait, quod Dominus nomen pauperis dicit, & nomen diuitis non dicit, nisi quod Dominus humiles nouit, atque approbat, & super- bos ignorat: ac si aperte dicat; pauperem humilem scio, superbum diuitem nescio. Illum cognitum per approbationem habeo, hunc per iudicium reprobatio- nis ignoro. Deus humiles, & pauperes tanquam à se dilectos agnoscit, diuites verd, vt à se eie- ctos ignorat. Quam etiam rationem explicant Beda, Haymon, D. Bonauent. & alij. Vide tom. 2. cap. 6. num. 2. tom. 3. cap. 1. quæst. 23. num. 60. & 61. & cap. 15.

Beda. Haymon. Bonau.

33. August.

Secundò. D. Augustinus de contempt. mundi, cap. 7. Nominabatur, ait, diues ille ab hominibus; pauper tacebatur; continebatur; contra Dominus pauperem nominauit, diuitem tacuit. Ex quo demon- stratur, vt ait Caietanus hic quàm contrari- us sit ordo Spiritus ordini mundano; nam apud mundiales solum diuites agnoscuntur, & repu- tantur; pauperes verd omnino ignorantur, nec eorum nomina sciuntur. Caietanus: Totum oppo- situm est secundum ordinem spiritus, propterea diues appellatur homo quidam: pauper autem nominatur Lazarus.

Mundus agno- scit diuites, ignorat pau- peres.

34. Anton.

Tertiò. D. Anton. patt. 1. Histor. tit. 5. cap. 2. §. 16. sic loquitur, tacuisse Christum nomen diui- tis, protulisse nomen pauperis: quia diuitis vi- tia, & damnationem, pauperis autem virtutes,

& felicem remunerationem patefaciebat. Cùm enim de virtutibus agitur, nominandi sunt illi, quorum virtutes commemoramus; cum de fla- gitiis sermo est, occultanda nomina sunt eorum, qui ea commiserunt; nisi aliunde postulet pru- dentia. Habendam docuit Dominus rationem honoris, ac famæ viuientium, siquidem rationem habuit honoris, & famæ diuitis mortui, ac damna- ti. Hæc ille. Pro quo vide multa tom. 1. 2. ac 3. & hoc verb. Defectus.

Quartò. Hugo. Diuites huius mundi non quæ- runt, nisi nomen, celebremus nomen nostrum, ante- quam diuidamur in vniuersas terras, Genes. 11. num. 4. Vocauerunt nomina sua in terris suis, Psalm. 48. num. 12. Cùm ergo diuites sæculi auide glo- riam sui nominis ambientes peccent, in hoc gra- uiter puniuntur, vt nomen eorum, non memo- retur amplius. Vide tom. 2. & 3. verbum Pec- cator.

Quintò. D. Chrysofomus concione 1. de di- uite & Lazaro: Lazarus pauper, ait, quoniam sanctus erat, nominatur; iste verd diues, & super- bus, nec nomine quidem dignus est habitus. Diues licet ob temporalia bona honorabilis esset apud mundiales; tamen ob sua vitia valde contemp- tibilis extrabat erga Deum; pauper autem è contra, licet in mundo esset despectus, tamen in multo honore reputabatur apud Deum, & idèd nomen eius celebratur, vt perpetuò luceat in Ecclesiæ firmamento.

Dixit Deus: sicut luminaria, vt luceant in firma- mento celi, Genes. 1. num. 15. Sermo est de creatio- ne stellarum, ac planetarum, quibus iusti desi- gnantur, sed cur non dicitur absolutè, vt luceant, seu vt vbique luceant, sed tanquam cum restri- ctione. In firmamento. Firmamentum hoc Chris- tum Dominum denotabat, vt tenet D. Anastasius Synaita in Hexameron. Non ergo vbique, sed so- lum in hoc firmamento iustorum stellæ nitent, plerique enim iusti viles, incogniti, ac obsecuti habentur mundo, semper tamen valde lucidi, ac perspicui Christo Domino. Hugo Cardinalis: Luceant in firmamento celi, ait, id est in Christo: boni enim semper apud Deum lucidi sunt, licet sint in mundo despecti, Job 12. deridetur iusti sim- plicitas, lampas contempta, apud cogitationes diui- tum, parata ad tempus statutum.

35. Hugo. Genes. 11. Psalm. 58. Torquentur diuites, per ea, qua pec- cant.

36. Chrysof.

Iusti mundo sunt in contemp- tu, Deo verd in honore.

37. Genes. 1.

Anast. Syn.

Iusti lucent in Christo.

Hugo.

QVÆSTIO VI.

Expenduntur labores, ac ærumna, quas patiebatur Lazarus?

REM eleganter explicat, ac describit D. Gregorius homil. 40. in Euangelia: Quantas enim, ait, hunc egeman vulneribus obfessum, tentationes creditis in sua cogitatio- ne tolerasse, cum ipse egeret pane, non haberet etiam sanitatem, atque ante se diuitem cerneret salutem, & delicias habere; se dolore, & frigore affici, illum gaudere conspiceret, bysso, & purpu- ra vestiri: se deprimi vulneribus, illum affluere acceptis rebus; se egere, & illum nolle largiri? Quantus putamus, fratres mei, tunc in corde pauperis tumultus tentationis fuit, cui certo ad poenam sufficeret paupertas, etiamsi sanus fuis- set: & rursum sufficisset ægritudo, etiamsi sub- sidium adesset: sed vt probaretur amplius pauper

38. Gregor.

pauper simul hunc paupertas, & ægritudo tabe- fecit: atque insuper videbat procedentem diuitem obsequentiis cuneis circumfulciri, & se in infirmi- tate, & inopia à nullo visitari. Quæ omnia satis pulchre sunt dicta, quas omnes tentationes Deus illi permisit, vt illum maximè in ipsis glorifica- ret. Tentauit Deus Abraham, Genes. 22. Symanch. legit, Glorificauit Deus Abraham. D. Ambrosius in cap. 4 Luc. Ideo tentatus offertur, vt gloriosior red- dereur.

Ex tentatio- nibus glorio- sior Lazarus. Genes. 22. Symanch. Ambros.

39.

Hilarius.

Tolerabiliora vulnera cor- poris, quam mentis. Egesip.

40.

Chrysof.

Gregor.

Job 2.

Nulli dam- num cum ad- est corporis sanitas. Hieron.

41.

Chrysof.

Societas in calamitate laetamen.

42.

Chrysof.

Repulsa in precibus ma- gnum dolore generat.

43.

Inter has omnes tamen tentationes, ac perfe- ctiones Lazarus mente quierus, ac securus erat, vt rectè notauit D. Hilarius in Psalm. 122. Interius tamen, ait, anima eius per fidem inuulnerabilis, & ad omne telum voluptratis, & vitia multa, & id- circo ab Angelis post carnis dissolutionem beata in- Abrabe sinum fertur. Omnes illæ calamitates cor- pus percutiebant; anima verd inuulnerabilis erat, & vt bene ait Egesippus lib. 5. cap. 22. Tolerabiliora corporis, quam mentis vulnera sunt.

Ad nostram quæstionem Lazari afflictiones, ac cruciatus, multos numerat D. Chrysofomus concione 1. de Lazaro, & diuite. Prima, quia se videbat egeman, nudum in platea super humum proiectum, frigori, ac calori expositum. Secun- dò, grauis ægritudo, quia vt ait D. Gregorius, non solum aeger erat, sed etiam vlcerosus, ac tabidus, & ita consumptus, vt nec canes possent abigere. Cùm Dominus pleno ore laudaret Job. Consi- derasti seruum meum Job, Job cap. 2. num. 5. Lau- dationem diabolus audacter eludit, præconio in- dignum iudicans, cuius in corpus nullum vul- nus tentatio infixerat; vnde ait: Tange os eius, & carnem, & tunc videbis, ibidem num. 5. D. Hieronimus ad Iulianum: Audacter, ait, Dei renuit prædicationem, & dicit nequaquam eum debere lau- dari, qui nihil de se, sed totum ex se dederit, qui pro corio suo, coria obtulerit filiorum, deposuerit marsu- pium, vt fruatur corporis sanitas.

Tertiò. Quia derelictus, ac desertus erat ab omnibus, vt ait citatus Chrysofomus: Nullus erat, qui dicitis consolaretur, nullus qui factis asser- ret solatium. Quartò. Quia ipse solus nullum habens suæ miseræ socium patiebatur, commu- nicata calamitas aliquale illius leuamen, iuxta il- lud: Incurandum est in poena habere solatium. Quin- tò hæc non sustinebat, vno, vel altero die, sed per multos dies, & tempora. Sextò. Multam famæ iacturam tolerabat: multi enim iudica- bant illum hæc pati, ob grauiam, & ingentiam sce- lera sua, eumque percussum à Deo censebant.

Septimò. D. Chrysofomus homil. de Laza- ro adducta tom 6. Neque enim, ait, ob paupertatem coronatus est tantum, neque ob famem, neque ob vlcera, sed quod talem vicinum eum haberet, à quo in dies aspiceretur, & despiceretur, eam ten- tationem generoso tulerit animo. Et epistol. 7. ad Olympiadem ait, quòd tantam gloriam Laza- rus est adeptus. Quia ianua diuitis perit excludi- tionem, & despectum diuitis contra se. Multæ vir- tutes enitebant in Lazaro, eius magna pauper- tas, tolerantia in ægritudine, tamen præ omni- bus magna gloria coronatus, quod generoso, ac constanti animo tulerit, quod repræsentans sin- gulis diebus inopiam, ac necessitatem suam diui- ti, ab eo despectus repulsa in suis precibus quo- tidie patiebatur, quòd magnum dolorem viro in- genuo, ac probo ingerit.

Octauò. Videbat crudelitatem diuitis, qui abundans rebus omnibus, ipsum miserum Laza- Sylueira in Euang. Tom. IV.

rum præteribat, & nec consolabatur ipsum aspe- ctu, colloquio, vel micis, quæ canibus dabantur. Nonò. Videbat Lazarus diuitem purpura, & bys- so indutum, splendida mensa vtentem, bona va- letudine gaudentem, multoque seruorum, ac ami- corum cætu concemittatum, & continuus aspe- ctus felicitatis diuitis grauiter augebat sensum, & dolorem miseræ, ac ægritudinis Lazari. Non- quod, ait D. Chrysofomus, inuidus esset, ac paruus, sed quod omnes solent in aliorum prosperitate exa- lius suas persentire calamitates, 1. Iudic. 7. Dixit Adonibezec septuaginta reges amputatis manuum, ac pedum summitatibus colligebant sub mensa mea ciborum reliquias. Quod fecit barbarus, vt sua mul- ta felicitas in magno mensæ apparatu esset sti- mulus miseræ illorum regum.

At verd Lazarus inter tot, ac tantas tribula- tiones forti, & constanti animo erat. Deo in om- nibus veluti Job gratias agens. Theophylactus: Num igitur Lazarus, ait, in tantis malis blasphe- mabat? Num prouidentiam Dei reprebendebat? Nihil horum, sed fortis erat, & magna Philosophia. In magna rerum miseria Deum benedicens vol- uebatur fortis Dei Athleta. Vnde D. Chrysofolo- sus ferm. 121. appellat: Non tam Lazarum, quam constatorium. Erat Lazarus veluti constatorium, seu fornax, seu (vt potius dicam) erat Lazarus in constatorio quodam, seu fornace miseræ, ac pressuræ famis, ac omnium penuria, qui enim hanc voluntariè suscipiunt in quadam ardentissi- ma fornace videntur degere, sicut enim flamma ignis hominem adurunt, sic & famis, ac pau- pertatis ærumnæ hominem comburunt, ac comprimunt. Vnde voluntarios pauperes cum tri- bus pueris in camino ardenti, Daniel. 3. pares fa- res facit D. Chrysofomus homil. 23. ad Populum: Illis enim, ait, pares redduntur, qui paupertatem, cum gratiarum ferunt actione.

Scribens Paulus ad Hebræos, ait Christianis cap. 10. num. 34. Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscetes vos habere melio- rem, & manentem substantiam. Id est, cum gaudio suscepistis, quod bona vestra publico edicto, eo quòd Christiani essetis, fisco addicta sunt, & inde, vt ait D. Ambrosius: Mirabiliter laudat eos in fide; quia si multam fidem non haberent, talem suorum bonorum rapinam cum gaudio non suscepissent. Cur potius ò Apostole, ex- pressè mirabiliter non laudas eos, ac in medium producis eorum flagella, verbera, cruciatus, cru- ces, ac mortes, quas cum ingenti gaudio susce- perunt? Quod homo sit destitutus ab omnibus temporalibus bonis, ac in extrema penuria, ac egestate degat, est quidam durus cruciatus, fla- gellatio, ac mors, non vna hora, vel die tran- siens, sed diu perseverans, quandiu ipsa vita du- rat, & idèd inter cætera Apostolica opera Do- ctor gentium mirabiliter laudat, quod talem extremam egestatem cum gaudio suscepissent, sicut cruciatus, & flagra. D. Chrysofomus ibi: Propter fidem, ait, illam rapinam sustinistis, & cum gaudio tolerastis, quòd erat totum Apostolicum opus, & dignum illis fortibus animabus, qui flagellati gau- debant.

Ad crudelem famem, ac rerum penuriam sub seruitute Chaldæa oculos dirigens Ieremias ait: Pellis nostra exusta est, a facie tempestatum famis, Thren. 5. num. 10. Quomodo famis cum tempe- state combinatur? Nam cum tempestas defauit, magna vi venti insurgunt, cum famis vrget, vires ZZ 3 defi

Graviter au- fertur pro- pria miseria, cum conser- tur cum al- terius felici- tate. Chrysof. lud. 1.

44.

Theophyl.

Chrysol.

Lazarus cru- ciabatur in sua miseria, veluti pueri in fornace.

Chrysof.

45. Ad Hebr. 10.

Ambros.

Paupertas durus tor- mentorum cruciatus.

Chrysof.

46.

Thren 5.